

*Prænibili, Clarissimo, Consultissimóque  
Viro, ac Domino,*

# D. JOANNI JACOBO STAADT,

*Juris utriusque Doctori, almæ, &  
antiquissimæ Universitatis Trevirensis, ejus-  
démque inclytæ Facultatis juridicæ  
Assessori,*

*Eminentissimi Principis Electoris, & Archi-  
Episcopi Trevirensis,*

*Consiliario regiminis aulico,*

*Reverendissimi, & Illustrissimi Capituli Metro-  
politani Trevirensis Secretario, & Archivario,  
Dicasteriorum Electoralium Advocato  
legali,*

*Patruo suo longè colendissimo.*

PRÆNOBILIS, CLARISSIME,  
ET  
CONSULTISSIME VIR,  
AC DOMINE.



Ure quodam præcipuo prænobili  
CLARITATI Tuæ consecrantur  
præsentes paginæ; sunt enim exor-  
dientis in me jurisprudentia pri-  
mum velut diluculum, quæ, quod  
in quadriennium, commorationis apud TE ju-  
vante beneficio, quasi per tenebras didicit, nunc  
in auditorii lumine disputando proferre conten-  
dit: sunt ejus argumenti, quod Tua NOBILI-  
TAS in Dicasteriis Trevirensibus, tam ecclæ-  
siasticis, quam civilibus, hilari cum famâ mul-  
tis jam annis profitetur, quantum sibi per stata  
negotia vacat; Gener, non degener, magni illius  
Trevirensum Advocatorum Senioris, FG, ut  
phras

phrasī veterum utar , Monarchæ , NICOLAI  
COUNETI JCTi , cuius in trino idiomate su-  
premam ex æquo facundiam , in deprehendendo  
juris puncto judicium penetrans , in postulando  
peritiam , in peragendis majoribus causis dexte-  
ritatem , in laboribus immensis ferream patien-  
tiam , in vincendo consuetudinis gloriam , annis  
jam ferè 40. non solum patria nostra stupens ad-  
miratur , sed & vicini , Galli , Belga , Lotha-  
ringi , Germania Rhenana accolæ , deprædicant ;  
quiique , cùm sit septuagenario benè major , ni-  
hil quidquam de vigore spiritūs , quo seruit ju-  
nior , senescente corpore amisit ; merito clarissi-  
matu Consiliarii Electoralis intimi coronatus .

Hu-

Hujus archetypa imaginis cuiusdam verè solidi,  
Et elegantis JCri exemplar primarium, typique  
originali simillimum, TE dixero Clarissime Do-  
mine; cum enim Vir ille prudentissimus filia sua  
unica, cuius laudes paucis exprimet, qui di-  
cet matronam optimam, sponsum deligeret, tot  
ex procis, quos Et virtus, Et venustas ejus in-  
vitaverat facile, TE in hanc fortunam admisit,  
procul dubio, quod in TE adverteret, quidquid  
bonarum dotium ad virum togatum desideratur,  
nempe prater virilitatem animi praelaram juris  
scientiam, partim Treviris sub famigeratis An-  
tecessoribus HEISSIO, & SUSEWINDO, partim  
Braine sub celeberr. RINCKIO, & DEINLINO,  
= altorfii

com-

verè solidi,  
typique  
slime Do-  
us filia sua  
qui di-  
eret, tot  
s eius in-  
n admissit,  
quidquid  
sideratur,  
am juris  
atis An-  
D, partim  
NLNO,  
com-  
comparatam, ingenium sobriè subtile, judicium  
præstans, trium, quæ nostratibus necessaria sunt,  
linguarum notitiam, calami elegantiam, puri-  
tatemque delicatam. Nec sua Socerum fefellit  
electio; paucos quippe intra annos in exercendis  
litibus, in tractandis, conciliandisque negotiis,  
in re diplomaticâ, & bullari, in praxi Gallica-  
nâ, cœterisque rerum experimentis, apparuisti  
tantus, ut non solum esses Soceri senectuti bacu-  
lus, sed & officii à secretis Metropolitanae Col-  
lega, in Archivi curâ Successor; in quo dige-  
rendo, describendoque, quantum præstiteris,  
admirabitur, qui post te veniet. Possum ego ta-  
lis fieri imago Patrui, qualis ipse Generi! Cona-  
bor



SPES SUM DE

bor autem: cùmque à togâ plerique gradum ascendendi fecerint, huic argumento, qui nempe tyrocinia ad eam rite sint ponenda, ut honestè geratur, præprimis studendum duxi. Quas meas lineas, TIBI, colendissime Patrue, ex debito gratitudinis inscriptas, benignè habe, defensoris que earum patronus, & conductor esto in antea, qui fuisti hactenùs. Hac cum fiduciâ perenno sub obsequii vinculo triplicato

PRÆNOBILIS, ET CONSULTISSIMÆ  
CLARITATIS TUÆ

Servus, & nepos obedientissimus  
F. J. STAADT.

